

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus ad
cum fonte primo

Iam qui bona pre se corporis ferunt,
quam exigua, quam fragili possessione utuntur!

Forme uero nitor ut rapidus est
et uelox et uernalium florum mutabilitate fugacior.
Quod ut si, ait Aristoteles, Linceis oculis homines
uterentur ut eorum uisus obstancia penetraret,
nonne introspectis uisceribus illud Alcibiadis
superficie pulcherrimum corpus turpissimum
uideretur? Igitur te pulchrum uideri non tua natura
sed oculorum spectancium reddit infirmitas.
Sed estimate quam multis nimia corporis bona
dum sciatis hoc quodcumque miramini triduane
febris igniculo posse dissolui.

Boecius III. de consolacione.

Iam uero qui bona p^{re}a se corporis ferunt,
quam exigua, quam fragili possessione nituntur!
Num enim elephatos mole,
tauros robore superare poteritis,
num tigres uelocitate p^{rae}ebitis?
Respicite caeli spatium, firmitudinem,
celeritatem et aliquando desinite uilia mirari.
Quod quidem caelum non his potius est
quam sua qua regitur ratione mirandum.
Formae uero nitor ut rapidus est,
ut uelox et uernalium florum mutabilitate fugacior!
Quodsi, ut Aristoteles ait, Lyncei oculis homines
uterentur, ut eorum uisus obstantia penetraret,
nonne introspectis uisceribus illud Alcibiadis
superficie pulcherrimum corpus turpissimum
uideretur? Igitur te pulchrum uideri non tua natura,
sed oculorum spectantium reddit infirmitas.
Sed aestimate quam uultis nimio corporis bona,
dum sciatis hoc quodcumque miramini triduanae
febris igniculo posse dissolui.

Boethius, *Philosophiae consolatio*, 3.prosa 8.7-11
(CCSL 94, L. Bieler ed., p.48, ll.13-27).